



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

369. Feria 6. Dominica 4. Adventûs. Quid amplius boni ad præparandas  
vias Domini cupiam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

656 FERIA 5. DOMIN. 4. ADVENTUS.

Deus benignis oculis aspiciat, illuminet, inflammet, & mundet, largiaturque mihi Fidem firmissimam, Spem certissimam, ardentissimam Charitatem, Prudentiam, Justitiam, Fortitudinem, ut vitijs & peccatis resistam, & pro Domino magna faciam. Temperantiam, ut in omnibus ad corpus pertinentibus modum teneam. Ut mihi det, donum Sapientiae, quò efficacius divina cognoscam, & prægustem. 2. Donum intellectus, ut intima mysteriorum penetrem. 3. Consilij, ut à Deo in omnibus movear. 4. Scientiae, ut in omnibus, ad rationem spectantibus, agenda & vitanda cognoscam. 5. Fortitudinis. 6. Pietatis, ut Deum reverenter colam. 7. Timoris, qui me sollicitum in virtutibus faciat.

MEDITATIO CCCLXIX.

FERIA 6. DOMIN. 4. ADVENTUS.

*Quid amplius boni ad preparandas vias  
Domini cupiam.*

**V**isâ necessitate preparationis, quàm dignissimè ad Domini adventum, sicut oportet, recipiendum, petam à Domino plures virtutes.

*Conf. 1.* Si Deus naturam Angelicam fuisset assumpturus, qualem apparatus non invenissent illi Spiritus amantissimi, Sapientissimi, potentissimi, quales thronos &c.

*Conf. 2.*



*Peria 6. Domin. 4. Advent. 657*

*Conf. 2. Et petam, ut Patris amantissimi gloria ubique manifestetur. 2. Ut Regis potentissimi imperium adveniat. 3. Ut Sponsi suavissimi voluntas adimpleatur. 4. A Domino providentissimo quotidianus panis praebeatur. 5. Ut Judex aequissimus dimittat debita, & charitatem concedat ad remittendum alijs. 6. Liberator fidelissimus nos a casu, in tentatione & foeditate peccatorum liberet. 7. Custos fortissimus ab omnibus malis eripiat. Orabo 2. ut Deus dives in misericordia, det mihi Spiritus paupertatem. 1. Locuples in mansuetudine det mititatem. 2. Gaudium universae terrae spiritum letitiae. 3. Satietas animarum famem & sitim justitiae. 4. Pater misericordissimus affectum misericordiae. 5. Deus purissimus munditiam cordis. 6. Deus pacis concordiam. 8. Governator aequissimus lætanter persecutiones pati.*

**MEDITATIO CCCLXX.**

**Sabbato Dominic. 4. Adventus.**

*Quae virtutes à Regina Sanctorum, ut impetrentur, pascende.*

**A**spiciam D. Virginem partum præstolantem, & virtutibus omnibus ornatam. Petam earum fieri pariceps.

*Conf. 1. Virtutum Principem in B. V. charitatem, de qua ait B. Ildesonus serm. 7. de*

**EE I Assumpta**